

Dissertatio physiologica inauguralis de ventris in reliquum corpus potestate; / quam, ... eruditorum examini subjicit Gulielmus Henricus Duncan, ... iv Id. Julii, hora locoque solitis.

Contributors

Duncan, W. H. 1805-1863.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat Jacobus Walker, 1829.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/a27y2pse>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Supp 59044/B

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

DE

VENTRIS

RESEARCHES ON THE PHYSIOLOGY OF THE

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE NOTES

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

INAUGURALIS

DE

V E N T R I S

IN RELIQUUM CORPUS POTESTATE.

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

1800

LENNIS

IN REGNUM COMITUM POTESTATI

ALBERTO DUCI BOMBE

AVGVSTISSIMO ET SCELTISSIMO

GEORGIO BAIRD P. E. D.

AVGVSTISSIMO ET SCELTISSIMO

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

347924

THE GREAT BRITAIN

BY

ALBERTO DUCI BOMBE

V. M. P. T. S.

ALBERTO DUCI BOMBE

IN REGNUM COMITUM POTESTATI

AVGVSTISSIMO ET SCELTISSIMO

GEORGIO BAIRD P. E. D.

AVGVSTISSIMO ET SCELTISSIMO

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

Handwritten notes or bleed-through text at the bottom of the page.

IN REGNUM COMITUM POTESTATI

EDINBURGH

ALBERTO DUCI BOMBE

1800

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA
INAUGURALIS
DE
VENTRIS
IN RELIQUUM CORPUS POTESTATE;

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS HENRICUS DUNCAN,

Anglus,

SOC. REG. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.

NECNON

SOC. REG. PHYS. ET SOC. PLIN. NAT. HIST. SOCIUS.

“ Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? Doctorum est ista con-
“ suetudo, ut iis ponatur, de quo disputent, quamvis subito. Mag-
“ num opus est, egetque exercitatione non parva. Agamus igitur pin-
“ gui Minerva, ut aiunt.” CICERO, *De Amicitia.*

IV. Id. Julii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBAT JACOBUS WALKER.

MDCCCXXIX.

DEPARTMENT OF PHYSIOLOGY

WELL'COME

BY

W. B. GIBBS

IN RESPONSE TO THE INVITATION

OF

THE WELL'COME TRUST

FOR THE PURPOSES OF THE

WELL'COME TRUST

AND THE WELL'COME

TRUST

AND THE WELL'COME

TRUST

TRUST

TRUST

TRUST

TRUST

TRUST

TRUST

TRUST

TRUST

WELL'COME TRUST



WELL'COME TRUST

PATRUO SUO CARISSIMO,

AMICO VERO ATQUE OPTIMO,

HENRICO DUNCAN, SS. T. D.


OB OFFICIA ERGA SE PATERNA EXHIBITA ;

PAGINAS SEQUENTES,

FILII PIETATE ATQUE AMORE,

CONSECRAT

AUCTOR.



Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b28744263>

VIRIS PRÆCLARIS,

JACOBO HOME, M. D. S. R. E. S.

MED. PRACT. IN ACAD. EDINENS. PROF.

&c. &c.

PROPTER BENEFICIA IN SE PLURIMA COLLATA ;

ET

GULIELMO P. ALISON, M. D. S. R. E. S.

MED. THEOR. IN EAD. ACAD. PROF.

&c. &c.

NON SOLUM OB PRÆCEPTA EJUS,

VERUM ETIAM OB VIRI ÆQUE ATQUE MEDICI EXEMPLUM,

SIBI,

DUM PER NOVEM MENSES

ADJUTOR EJUS ERAT CLINICUS,

PROPOSITUM ;

HOC THEMA INAUGURALE,

GRATO ANIMO,

DEDICAT

AUCTOR.

CONDISCIPULO SUO,
ET AMICO DILECTISSIMO,
DOUGLAS CUNNINGHAM GRAHAM,
APUD EXERCIT. BOMBAIENS.
LEGATO ET PRÆFECTI ADJUTORI ;
HOC OPUSCULUM,
SUMMO AMORE,
DICAT
GULIELMUS HENRICUS DUNCAN.

“ Moveor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo
“ (mibi) unquam erit ; quocum (id, in quo est omnis vis
“ amicitiae,) voluntatum, studiorum, sententiarum summa
“ consensio.”—CIC.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

WILLIAM BRIDGES

PH.D. THESIS

ON THE THEORY OF

QUANTUM MECHANICS

BY

WILLIAM BRIDGES

PH.D. THESIS

Submitted in partial fulfillment of the requirements for the degree of Doctor of Philosophy

at the University of Chicago

Chicago, Illinois, U.S.A.

“ Tempore, quo in homine, non, ut nunc, omnia in unum consen-
“ tiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus
“ sermo fuerat, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore
“ ac ministerio, ventri omnia quaeri : Ventrem, in medio quie-
“ tum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui : conspirasse in-
“ de, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum,
“ nec dentes conficerent. Hac ira, dum ventrem fame domare
“ vellent, ipsa una membra totumque corpus ad extremam tabem
“ venisse. Inde apparuisse, *ventris quoque haud segne minis-*
“ *terium esse* ; nec magis ali quam alere eum, reddentem in
“ omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum
“ pariter in venas, maturum, confecto cibo, sanguinem.”

LIVIVS.

“ Sed caput esse quasi, et dominari in corpore toto,
“ Consilium, quod nos animum, mentemque, vocamus :
“ Idque situm media regione *abdominis* haeret.
“ Heic exsultat enim pavor, ac metus ; haec loca circum,
“ Laetitiae mulcent ; heic ergo mens, animusque, est.”

LUCRET. *de Rer. Nat.*

DISSERTATIO PHYSIOLOGICA

INAUGURALIS

DE

VENTRIS

IN RELIQUUM CORPUS POTESTATE.

QUAMVIS Ventrem potentissimum in universum corpus exercere imperium plane constat, confitendum tamen est, hanc rem tantum curae studiique quantum par est, nondum sibi, in nostra saltem patria, vindicasse. In sequente, igitur, dissertatione, de isto imperio breviter loqui, et de phaenomenis quibusdam ab omnibus quotidie expertis, sed a nullis fere satis perpensis, mihi proposui.

Ut vero venter auctoritate sua maxime ideo fruatur quod nutritionis muneri inservit, ita princeps or-

ganorum nutritioni deditorum, Ventriculus *, qui ex potestate sua maxima “ Praeses systematis nervosi †” vocatus fuit, investigationem specialem jure sibi vindicat.

Morbi gastrici, igitur, quamvis fortasse minus frequentes et periculosi sunt quam a priori expectaveris, nequaquam tamen desunt aut numero, aut gravitate. “ Quanta morborum hinc cohors, si vires digerentes non bene se habeant? * * Nonne, quae-
 “ so ! exinde origo morborum ex primarum viarum
 “ vitiis longe frequentissima ‡?” Alia morborum genera plus fortasse corpori doloris, pauca tamen aut nulla plus animo cruciatus afferunt, et nulla certe majus incrementum ab animi reactione accipiunt. In nullis, quidem, morbis tam vehementer animi demissione opprimitur aeger ; deflendumque est homines animo cultissimos et intellectu ornatissimos his morbis molestis praecipue obnoxios esse §. “ I sel-

* “ Ut terrae arboribus, ita animalibus ventriculus.” HIPPOC.

† Wepfer.

‡ Wedekind, de Prim. Viar. Morb. p. 11.

§ “ C’est parmi les hommes de lettres, les artistes, les poètes, parmi les litterateurs les plus distingués, et surtout au milieu des personnes douées de l’imagination la plus ardente, ou de la plus vive sensibilité, qu’elle choisit de preference ses victimes. Aris-

“ dom,” inquit CHEYNE, “ ever observed a heavy, “ dull, earthy, clod-pated clown much troubled “ with nervous disorders *.” Videntur quidem tales morbi illam sensibilitatem morbidam, quae ingenio propria est, fere semper comitari.

Quoties, autem, ventriculus sanitate fruitur, functiones omnes recte et ordine peraguntur, vultus plerumque vividus hilarisque est, oculi magis solito animati, animus ipse placidus et aequus. Homo dicitur (Anglice) “ looking well,” et gratam serenitatem animique oblectationem sentit, quas nulli origini certae referre potest. Ubi ita res se habet, homo ad vitae officia explenda, muneraque omnia perfungenda, maxime idoneus est ; et si Utopiam aliquam concipere possemus, ubi unusquisque ventriculus hac sanitate perfecta frueretur, quam beata talis Utopia esset ! Tales autem ventriculi, in exulta saltem societate, rarissimi sunt ; nulli enim semper, et pauci unquam, sanitate absoluta fruuntur.

“ tote assure que tous les grands hommes de son temps étaient “ melancoliques, ç’est-à-dire hypochondriaques.”

Dict. des Scienc. Medic. tom. xxiii. p. 107.

“ Familiare est etiam stomachi vitium illis qui doctos sermones “ et res graves meditantur.” ARETAEUS, lib. ii. cap. 6.

Ducentis fere annis abhinc, commentarius de Hypochondriasi Regiomontani editus est, sub titulo “ *De Morbo Litteratorum.*”

* English Malady, p. 180.

Altera ex parte, ventriculo male se habente, functiones ciborum concoctione consociatae fere omnes simul afficiuntur ; oculi hebetescent ; vultus languidus et quasi oppressus videtur ; animus parum sibi constans et morosus est * ; spiritus subinde difficilis fit ; cutis aspera est, frigore et calore saepe inter se alternantibus ; homo torpet, et ad mentem aequae atque corpus exercenda ineptus est ; praeter haec, sensu molestiae universae opprimitur.

Talibus poenis homo desertam naturae viam luit, et tali modo Summum Numen felicitatis distributionem inter homines aequaliorem reddit. Quanto, enim, magis in moribus excolendis et humanitate proficimus, tanto frequentiores molestioresque morbi gastrici evadunt. Hujus autem rei ratio duplex est. Constat, enim, non solum ex materiis ventriculo inditis magis exquisitis ideoque magis noxiosis, sed etiam ex studiis scientiae incremento pluribus factis, singulisque assiduam et intensam mentis diligentiam exigentibus ; nam nemo hodie negat magnam illam et insignem potestatem quam in ventriculum mens exercet †.

* “ Moestitia et metus ex causis non aequis.”

CULLEN.

† “ Les personnes qui exercent beaucoup leur entendement ont
“ ordinairement les organes abdominaux faibles et très sensibles ;

Homo, igitur, mente et corpore ut jam dixi perturbatus, suicidio aptissimus est * ; et mihi videtur Germanos non injuria affirmare frequentia inter Anglos † suicidia ex ventriculo morbido oriri, quamvis fortasse non recte ventriculum morbidum ad cibos ex animalibus solum tribuunt.

Non mihi in animo est quaestionem quoad hypochondriasis sedem hic agitare ; quamvis nuper conatus est quidam ‡ in cerebro, atque adeo in una propria convolutione ejus omnia exempla hujus morbi sine exceptione collocare. Haud dubito quidem, quin cerebrum in hypochondriasi semper afficiatur ; sed ejus affectionem non saepius idiopathicam quam symptomaticam esse credo.

Notabile est ventriculi imperium et sympathias tam

“ il semble que l'activité mentale ait lieu au prejudice des fonctions
 “ digestives. L'homme qui pense le plus est celui qui digere le
 “ plus mal.”

Diction. des Scienc. Medic. tom. xxiii. p. 113.

* Notabile est, quod verbum “ Mirach” Arabice et ventrem et insanitatem significat.

† Burrows, (*Inquiry into Insanity*, p. 81, &c.) Suicidia apud Anglos frequentiora esse quam alibi, ex toto negat. Falret (*De l'Hypochondrie et du Suicide*, p. 98-104,) contra, ea multo frequentius in Anglia quam in Gallia occurrere, affirmat.

“ Non nostrum tantas componere lites.”

‡ *Phrenological Journal*, No. IX.

late diffusas nuper tantum ex toto cognita fuisse. Licet munus ejus in corpore summi momenti esse ultra hominum memoriam necessario manifestum esset, tamen HUNTER et BORDEU * primo ventriculum quasi sympathiarum centrum indicasse videntur. Pauca igitur exempla iis, quae supra dixi, de magna in corpus ventriculi auctoritate, nunc adjiciam.

Quantum in exanimatis ad vitam reducendis valeant epigastrii frictiones, aut calor ventriculo extrinsecus aut intus admotus, omnibus notum est. Insuper subita mors defessos aquam frigidam bibentes, et sanos etiam pauca tabaci grana † in ventriculum accipientes, abripiens; celeres effectus in corpus alcoholis aliorumque talium stimulantium; convulsiones ex fructu immaturo, vel ab acu ‡ in ventriculi tergoribus insidente, orientes; oppressio universa ex nausea; obsequium insigne, denique, quo animus ventriculo succumbit; haec omnia clare loquuntur de hujus organi sensibilitate mirabili, et de sympathiis ejus longe lateque diffusis. De hac re WHYTT his verbis testatur: “ When my stomach was out of order, I

* Vid. Œuvres, (par Richerand,) Recherches sur les Malad. Chroniq.

† Trotter, View of the Nervous Temperament, p. 140.

‡ Hildanus, Cent. Curat. Chir. obs. 34.

“ have not only been sensible of a general debility
 “ and flatness of spirits, but the unexpected opening
 “ of a door, or any such trifling unforeseen accident,
 “ has instantly occasioned an odd sensation about the
 “ cardia, extending from thence *,” &c.

Quinetiam corpore somno obrepto, ab hujus mag-
 ni sympathiarum centri imperio, homo evadere non
 potest. Somnus ADAMI fuit

“ Aery light, from pure *digestion* bred †,”

eadem nocte qua EVAE somnus tumultuosis somniis
 perturbatus fuit. Quoad EVAE autem concoctionem,
 aut coenae naturam, vespere supra citato, nihil me-
 moriae proditum est.

Ego vero, quum per aliquas horas pedum frigore
 et capitis dolore laboravi, utrumque incommodum
 saepenumero cerevisiae haustu statim sustuli. Pari
 modo, musculorum tremor cui obnoxii sunt ebriosi,
 epoto vino, extemplo saepe tollitur. Hoc per san-
 guinis circuitum effici non potest, quia efficitur ante-
 quam absorptioni satis temporis praebitum est. “ They
 “ are to be referred to some stimulus or impression
 “ communicated to the brain by the nerves of the
 “ stomach ‡.”

* Works, p. 547.

† Paradise Lost, book v.

‡ Whytt, Nervous Diseases, p. 58.

VAN HELMONT et plures alii animam in ventriculo sedem suam habere crediderunt; et nuper origo caloris animalium huic organo tributa est. “It is “probable,” ait JOANNES HUNTER, “that the source “of heat resides in the stomach, or at least I am certain that affections of the stomach will produce “either heat or cold. When affections of the mind “produce it, the stomach sympathizes with the brain; “when the cold bath produces it, the stomach sympathizes with the skin*.” Dr CURRIE, quoque, “was convinced that there is some peculiar connection of the stomach, or of the diaphragm, or of “both, with the process of animal heat †.”

Quam aegre, quoque, vulnera, etiam levissima, ventriculo male se habente, ad sanitatem perducantur, nemo nescit.

Omnes etiam necessario experti sunt languorem illum, debilitatem, vertiginem, caliginem, tremores, sudorem frigidum, &c. qui ventriculum jejunum comitari solent ‡, aequè ac jucundum illum et animi et corporis sensum, qui plerumque post cibum plenum adest. Ea autem ad somnum proclivitas, quae post

* On Inflammation, &c.

† Philosophical Transactions, 1792.

‡ Verbis, “Bilis fame acuitur,” ad eam animi morositatem quae ex ventriculo jejuno oritur, spectat Horatius.

coenam hominem maximeque helluonem premit, non a vasis tunc temporis chylo repletis, ut dixit DARWIN, pendere potest, nam chylus non nisi post aliquot horas a cibo assumpto formatur. Neque quidem a vi nervosa majore copia ad ventriculum, concoctione progrediente, deducta, et a mentis opere abstracta, ut putare videntur BICHAT*, DARWIN† (ex parte,) JOHNSON‡, TROTTER§, &c. Magis accurate, quamvis fortasse haud magis lucide, hanc mentis torporem ad quandam inter cerebrum et ventriculum, fortasse per ganglia semi-lunaria, sympathiam tribuere possumus. Dubium quoque est, an aliquid aortae compressioni recte tribui possit, nam venam cavam quoque similem compressionem pati satis constat. Sin vero aorta magis quam vena cava comprimitur, si-

* “ Aussitot après l’entrée des alimens dans l’estomac, les forces “ concentrées sur l’épigastre abandonnent les organes de la vie ex- “ terne. Delà, les lassitudes, la foiblesse des sens à recevoir les “ impressions externes, la tendance au sommeil,” &c. *Recherches sur la Vie et la Mort*, p. 157.

† “ So much sensorial power is expended in the increased ac- “ tion of the stomach,” &c. *Zoonomia*, vol. ii. p. 141, (3d edit.).

‡ “ In proportion as the ganglionic system is excited, the vo- “ luntary muscles are disqualified for action; no deep thought can “ take place,” &c. *Morbid Sensibility of Stomach*, &c. p. 146.

§ Op. citat.

nus venosi in cranio exinde tumescentes compriment vasa capillaria cerebri, et soporem vel proclivitatem ad soporem protinus inducent.

Adhuc solum de ventriculo locutus sum. Totum abdomen, autem, in reliquum corpus insigni modo dominatur. Ejus morbi, praecipue ordinis phlegmasiarum, angorem et vis vitalis oppressionem secum afferunt, quibus in capitis vel thoracis morbis nil simile est. Urget debilitatis sensus, debilitate vera multo molestior*.

Pathemata † sua, quoque, magis justo gravia depin-

* "A sense of debility, infinitely more distressing than real weakness." JOHNSON, *Morbid Sensibility*, &c.

† Peritonitis chronica optimum exemplum praebet effectuum quotidianorum qui ex abdomine aegrotante oriuntur. Origo ejus maxime insidiosa est, et medicum summi quidem ingenii saepissime in errorem ducit. Dies noctesque miserrimae, quae efficiunt ut vita postea dolorifice degitur, multos hunc chronicum pro alio, licet acutissimo, morbo, lubenter commutare suaderent. "Noctes
"vigilantur amarae," vomitus occupat horas matutinas, et reliquis dies alternis nausea et dolore versatur, dum ab initio protinus morbi mens imaginem futuri horrendam sibi effingit. Haec miseriarum series immutabilis per aliquot menses plerumque continuatur antequam morte finitur. Nescio an ullae, vel quales constitutionis proprietates corpus ad morbos abdominis proclive reddant. Temperamentorum distributio, nuper a Thomas* prolata, et tria magna corporis cava spectans, de hac re fortasse aliquid nos doceret; sed hanc longius hic prosequi neque locus neque tempus patitur.

* *Physiologie des Tempéramens*, &c. Paris, 1826.

gere pronus est abdomine aegrotus; foeminaeque morbos simulatos vel sibi fictos in abdomine praecipue collocare mihi videntur. Aliae interdum causae eas impellunt ut hoc faciant; sed fortasse ideo saepe faciunt quia abdomen, vel sponte vel experientia teste, magni in corpore momenti esse sentiunt, et dehinc aegritudinis signa ibi posita plus observantiae et commiserationis evocatura esse opinantur.

Dum in Nosocomio Regio Adjutor Clinicus essem, saepenumero querelarum inter foeminas de abdomine multitudinem varietatemque *, mihi contigit notare; meminique aliquando ex viginti in una camera aegrotis, haud pauciores septemdecim abdomen quasi morbi sedem aut primariam aut symptomaticam indicasse.

Utrum ex magno vitalitatis gradu quo fruitur venter, an ex nexu inter nutritionem et universi corporis sanitatem tam intimo, an (ut postea cur credamus ostendam) ex nervi sympathetici magni ganglio-

* Hoc antiquissimis quidem temporibus notatum fuisse videtur. Plures enim morbi utero quasi animali per ventrem erranti olim ascripti sunt. Hoc nomine dicitur Hippocrate, quod uterus “*οἶον σφαῖρα ἐν τῇ γαστρὶ ὑπο τρεχει.*” Plato etiam uterum dixit esse “*ὡσπερ ζῶον κεχωρισμένον καὶ πλανώμενον πάντη κατὰ τὸ σῶμα.*”

Alii uterum dicunt esse

“*Mater sæva cupidinum, mater dira dolorum.*”

rum plexuumque multitudine, an denique ex secretionibus intra parietes ejus peractis tam variis et copiosis *, ventris imperium tam late diffusum proficiscatur, haud facile est dijudicare. Omnes has conditiones, autem, aliquid huic rei conferre, verisimile est. Aliquid, etiam, hujus dominationis ex peritonei structura et spatio longe lateque patente, constare, mihi non absimile esse videtur; nam hujus membranæ densitas tanta est, ut actione vasorum ejus capillarium aliquantulum aucta, nervorum per tantam superficiem distributorum fines maxime compriman-

* Satis quidem verisimile est sensum oblectationis generalis cum secretionis functione quendam nexum habere *. Quantum in secretionem polleant animi affectus bene notum est; et, vice versa, secretionem in animum reciprocum exercere imperium, dubitare vix possumus. Secretionibus recte peractis, sensus voluptatis universus adest, qui, re aliter se habente, ex toto deest. Nonne sensus post cibum gratus et placidus, aliquatenus ex fluidorum gastricorum, bilis, &c. &c. secretionem tunc temporis maxime copiosa, pendet? Succi enterici, per se, octo libras quotidie secerni æstimat Hallerus. Insuper si, ut nuper voluerunt Wollaston, Wilson Philip, aliique, secretionem ullo modo ex actione galvanica pendere concedimus, abdominis, quod secretionis officina est, in universum corpus imperii ratio satis manifesta erit.

* "There seems to be a sum of pleasurable affection accompanying the various secretions of the numerous glands, which constitutes the pleasure of life, in contradistinction to the tedium vitæ."—DARWIN, *Zoonomia*, vol. ii. p. 65.

tur, et sensus ingratus pæne dolorosus oriatur, cujus major gradus in sensibilitate cruciante peritonitidis acutæ consistit. Structuram quoque fœminarum abdomini propriam, id morbis et veris et imaginariis specialiter obnoxium reddere, manifestum est.

Quamvis, vero, totus venter imperium potentissimum exercent, tamen auctoritas ejus modo speciali in *regione epigastrica* residere videtur. Pugnator epigastrium suum instinctu aliquo defendit, quasi hanc partem vitæ “sanctum sanctorum” haberet. Homo funiculo jactatus, quoque, sensum peculiarem, haud facile verbis proponendum, apud epigastrium percipit, ibique præcipue animi affectibus corpus plerumque afficitur. “Voulons-nous exprimer l’amour, la joie, la tristesse, la haine, ç’est sur la region du coeur, de l’estomac, que la main se porte involontairement.”—“L’impression vive ressentie au pylore dans les fortes emotions, le sentiment de resserrement qu’on éprouve dans toute la region de l’estomac, au cardia en particulier *,” &c. Quamvis autem animi affectus in visceribus abdominalibus collocare (ut BICHAT) nolo, procul dubio plurimæ animi perturbationes vehementes quemdam ad epigastrium sensum secum afferunt. Rebus, etiam, so-

* Bichat, Recherches sur la Vie, &c. pp. 68 et 64.

litis circumstantibus, si quiescit aliquis, et sensus suos interiores attento animo contemplatur, satis apparebit fere omnem oblectationis vel individualitatis (ut ita dicam) sensum ad abdomen et praesertim ad epigastrium se referre *. In abdomine solo existere videmur; totumque caeterum corpus abdomini subservire tantum apparet.

In quo autem organo hi sensus revera sedem suam habent? Non, certe, in *cute* aut in *musculis*; neque in *corde*, quia non in cordis situ sentiuntur. Plerumque, at parum recte, me iudice, ad ventriculum referuntur; et quidem, qui gangliorum semi-lunarium plexusque solaris naturam situmque diligenter spectat, eum hos sensus ad haec ganglia, &c. potius relaturum esse crederem.

Aliud quoque in abdomine organon est, cujus munus adhuc fortasse latet, et in cujus munere explorando multum ingenii frustra contritum est. Pro certo tamen habemus, lienem in abdomine nostro, bono aliquo consilio, fuisse positum; et dum nullum

* Chrysippus credidit hunc propriae existentiae sensum “περι την καρδιαν” insidere, quia, sane, dum prima syllaba verbi “εγω” enuntiatur, maxilla deorsum tendit, quasi innuens quae esset hujus sensus propria sedes!

Vid. GALEN, περι των Ιπποκρατ. και Πλατ. δογματων, oper. tom. i. p. 253, &c.

testimonium huic opinioni inimicum est, nonne licet nobis credere illum unum ex iis instrumentis esse, per quae, animo perturbato, corporis conditio generalis afficitur? Illud conjicere certe fas est, eas sensationes, quarum, animo vehementer perturbato, apud epigastrium sumus conscii, quodammodo a liene pendere. Ex textura erectili constans, distentionem a quovis sanguinis circuitu abnormi, animi impetu aliquo facto, necessario acciperet; et ex insigni distentionis gradu quem pati potest, variaque vi qua nervi ejus sic comprimuntur, *partim* certe sensus ille plenitudinis et anxietatis molestus, quem, sub animi commotione, apud epigastrium experiri solemus, fortasse oritur.

Hanc opinionem, ideo solum quia sententiis vulgo acceptis non convenit, respuere minime decet; idque praecipue quum varia morborum phaenomena ad illam verisimilem reddendam conferant. Pluribus notatum est, lienem et uterum arcte inter se morbida actione conjunctos esse, id quod egomet saepius quam semel et viva et mortua foemina comprobavi. Praeterea, foeminas menstruis fluentibus, dolorem in hypochondrio sinistro conquestas, saepe mihi contigit notare; et in cadaveribus sectis lienem morbidum in pluribus exemplis uteri morbum comitantem vidi.

Hoc exemplo, lienem consociatum esse videmus cum organo cujus muneris exercitationem motus animi vehemens et peculiaris semper comitatur. Clarius, autem, hanc rem dilucidare necesse est. Lienem per generationis opus, et animi motu peculiari inde excitato adhuc perstante, modo supra dicto affici, (i. e. distentionem pati,) mihi verisimile esse videtur; donec iisdem uteri et lienis conditionibus iterum atque iterum simul accidentibus, altera alteri eandem quam causa effectui rationem tandem habet. Aliis verbis ut dicam, nexus sympatheticus inter haec duo organa fundatur, quo fit ut quoties postea uterus irritatione vel morbo afficitur, lien etiam pari irritationi aut morbo proclivis reddatur.

In morbis longis, quoque, etiamsi nullum lienis morbidi signum per vitam adfuisset, tamen post mortem, hujus visceris structuram vehementer mutatam persaepe invenimus. Nonne etiam lienis conditio morbida quae morbum hepaticum fere semper comitatur, originem suam partim ex natura jecinoris morborum plerumque tarda et molesta, atque ita ex aegri corporis *mentisque* miseria diuturna saepe ducere potest? Plures exempla narraverunt, ubi, cadaveribus post alios morbos longos sectis, *lienem* quoque mor-

bo affectum inopinanter repererunt *. Quum autem homo per longum tempus dolori vel cuivis animi commotioni obnoxius fuit, atque post mortem lien morbo laborasse reperitur quamvis nullum talis morbi indicium per vitam adfuisset, nonne sententiam supra propositam valde confirmat? Praeterea, ratio hodie accepta lienis auctae molis (*ague-cake* ut dicitur) eorum qui feбри intermittenti diu succubuerunt, nonnullis minime placet. Nonne ejus ratio potius ex horum hominum animi conditione infelici per morbi intermissionem pariter atque impetum, quodammodo deduci potest? Haud quidem dubium est, cum vitam anxietate perpetua agant, expectantes novum paroxysmum “infandum renovare dolorem,” quin conditio eorum animi generalis parum sit invidenda; atque haec ratio, quoque, explicare videtur cur lien saepius post quartanam quam post alias species febris intermittētis in morbum cadat; nam in quartana, homo diutissime animo pendet. Ex illis igitur quas lien subit, distentionibus pluribus et abnormibus, oriuntur, ut mihi videtur, permultae hujus visceris mutationes morbidae quae post mortem

* Morgagni (de Sed. et Caus. Morb.); Abernethy, (Constitut. Origin of Local Diseases); Andral, (Cliniq. Medical. tom. iv.) &c. &c.

patescunt ; nam actionem mutatam cito ad structuram mutatam perducere bene notum est.

Naturam certe diutius considerare, et res ipsas colligere necesse est, antequam sententia quam nunc protuli, quidquid stabilitatis assumere potest. Veruntamen in statu scientiae medicae laxo jam et incerto, omnem hypotheses prehendere oportet, quae inter phaenomena et causas eorum nexum dilucidare, vel physiologiae compages ullo modo consolidare confert. Saltem operae pretium foret rem arctius scrutari ; et si omnes, quibus occasio accideret, lienem post mortem inspicerent, conditionemque ejus cum mentis per vitam statu conferrent, notitia nostra de hac re multo certior ampliorque brevi evaderet.

Animi effectus in abdominis visceribus sedes suas habere, a prima, quidem, medicinae aetate existimati sunt ; et quamvis veterum de hac re sententiae (haud secus atque expectare aequum fuit) incertae et male concoctae erant, tamen illos non ita longe a via recta erravisse, quam pluribus visum est, mihi videtur*.

* Hippocrates et Plato imprimis animi affectus, i. e. θυμος vel ψυχη, in corde et diaphragmate collocasse videntur. Aretæus dicit ventriculum “ dilectationis tristitiaeque principem esse.” His verbis loquitur Tyrtaeus,

“ Αἴθωνος δὲ λέοντος ἔχων ἐν στήθεσι θυμον.”

Cor, quoque, inter animi affectuum sedes olim habitum est; et quidem loquendi ratio nostra vulgaris adhuc hujus doctrinae vestigia monstrat. Hodie, etiam, homines bonum vel malum *cor* habere dicimus; in aliis *bilem* facile moveri affirmamus; alios, nullum ad pugnam *ventriculum* * habere; alios *spleneticos* † esse dicimus, &c. &c.

Item Homerus,

“ Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνεὶ παπε μύθω.”

Et Euripides,

“ Τίποτε ἐργάζεται

“ Μεγάλῳ σπλαγχνῷ δυσκατάπαυτος

“ Ψυχῇ.”

“ Difficili bile tumet jecur.”—HORAT.

“ Sed in felle nigro insanix causa homini.”

PLIN. *Hist. Nat.* v. 2095.

* “ He that hath no *stomach* to this fight

“ Let him depart.”—SHAKESPEAR.

——“ *Stomach*, that makes people break rather than they will bend.”—L'ESTRANGE.

“ You humour me when I am sick,

“ Why not when I am *splenetic* ?” —POPE.

“ And moping here did Hypochondria sit,

“ Mother of *spleen*.” —THOMSON.

“ Think of that, a man of my *kidney*, that am as subject to heat as butter; a man of continual dissolution and thaw.”

SHAKESPEAR.

† In Scriptis Sanctis quoque viscera abdominalia sæpe pro animi

Nexus quoque inter animum perturbatum et liennem morbidum specialiter omni tempore notatus est *. DESCARTES tristitiam residere in liene credit †, et Arabes adhuc etiam ferrum candens regioni splenicæ melancholicorum admovent. Quinetiam MORGAGNI ‡, TWINING §, aliique varia exempla tradiderunt, ubi morbus lienis animum tristem consecutus est; atque adeo in hypochondriasi, “Gonflement” ut dicitur, *sinistrum* præcipue hypochondrium afficit.

affectibus ponuntur, viz. “Their *belly* prepareth deceit.” “My *bowels* boiled, and rested not.” “His *bowels* did yearn upon his brother.” “My *liver* is poured out.” “My *reins* also instruct me in the night seasons,” &c. &c.

* “The spleen with sullen vapours clouds the brain,
 “And binds the spirits in its heavy chain;
 “Howe’er the cause fantastick may appear,
 “The effect is real, and the pain sincere.”—BLACKMORE.

† Quidam, altera ex parte, *risum* a liene pendere olim crediderunt: “Et per vulnus etiam exento (liene), sunt qui putent adimi simul risum homini; intemperantiamque ejus constare lienis magnitudine.”—PLINIUS, *Hist. Nat.* xi. 37.

“Splen tumidus nocet, et risum tamen addit ineptum.
 “Dicitur exsectus faciles auferre cachinnos,
 “Perpetuoque ævo frontem præstare severam.”—Q. SERENUS.

‡ De Sed. et Caus. Morborum.

§ Trans. of Med. and Phys. Society of Calcutta, vol. iii. Vid. etiam Phrenological Journal, vol. iii.

Sensus demum ad epigastrium, ut supra dixi, relati, quamvis non solum nec praecipue quidem ex liene oriuntur, tamen eos aliqua certe ex parte in quibusdam exemplis in hoc viscere gigni verisimile est. In rebus autem ad physiologiam pertinentibus, saepe ex verisimilitudine conclusiones inferre necesse est. Dura quidem est haec necessitas; sed verba CICERONIS citare nobis licet: “Nos qui sequimur
 “probabilia, et refellere sine pertinacia, et refelli
 “sine iracundia possumus.”

Nunc vero ea monstrare oportet quae ad ventriculum “tam feracem matrem morborum” reddendum conferre videntur.

Ex abundantia igitur rerum alienarum quam ventriculus continere potest, et ex superficie ejus interiore ampla et tenera, sequitur ut ventriculus non solum causis morborum maxime obnoxius sit, sed etiam ab his causis plurimum afficiatur. Ex nexu inter membranam mucosam et cutem *, et ex materia varia et noxia quae corpus externum fere semper con-

* “L’étendue immense de la membrane tegumentaire, le nombre et l’importance des fonctions dont elle est la siège et l’instrument, en rendent la considération très importante, &c. Il existe entre les deux principales parties dont elle est composée, la relation la plus intime,” &c.

tingit, insignis gravisque inter ventriculum et cutem oritur consensus.

Ventriculus vasis sanguiferis et nervis quamplurimis instruitur. “ Capillary arteries,” ait MASON GOOD *, “ infinitesimally intersect the cellular texture of the stomach, and decussate each other in their ramifications.” Ex nervorum autem copia, praecipue ad ostium superius distributa, accidit, ut jam dixi, ut cardia animae sedes olim haberetur. Ex hac sanguinis et nervorum abundantia qua gaudet ventriculus, evenit quoque ut actiones ejus vitales facile mutationem subeant, atque ita ut vehementer obnoxius sit causis morbum excitantibus, quae vel genus nervosum vel sanguiferum efficiunt.

Membranam ventriculi interiorem occupant etiam multi exigui folliculi, qui magnam vim fluidorum concoctioni inservientium effundunt. Plurimis igitur pravae secretionis causis, et validis effectibus saepe ex fluidis gastricis leviter etiam mutatis, orientibus; ad haec, facilitate qua fluidi ventriculo sorbentur †: his omnibus perpensis, facile patebit multos ex hoc fonte morbos fluere posse.

* Study of Medicine.

† Westrumb reperit urinam affectam post duo minuta a potassae hydrocyanate in ventriculum accepto.

Hae igitur esse videntur praecipuae, quoad structuram, rationes, cur ventriculus “organum delicatissimum *” appelletur. Ex munere tamen ejus admodum multiplici, quamvis parum adhuc intellecto, plures defluunt causae morbos excitantes. “Quot
“singulum organon perficit actiones, tot etiam ob-
“noxium esse potest morbis,” axioma physiologicum est; idemque verum esse, quotidiana experientia testatur. Concoctionem autem, quasi ex variis actionibus compositam, alia ab alia pendente, contemplari licet. Quo plures vero sint actiones quae ad chylum formandum conferunt, eo plures sunt causae actionem perturbantes, et pravum ideo chylum reddentes. Vix necesse est effectum funestum massae noxiae ventriculum prementis monstrare. Praeter effectus locales generalesque materiae noxiae ventriculi nervorum finibus admotae, chylum pravum ex chymo pravo necessario oriri manifestum est. Et hinc solum “imperium sine fine” morbo datur. Ex chylo malo protinus procedit sanguis vitiatus, et per hunc omnes humores et secretiones afficiuntur, ita ut morbus per totum corpus brevi discurrat.

In morbis ex concoctionis vitiis orientibus, plurimum symptomatum ratio per *consensum* redditur. Ex

* Gregory.

his permulta, meo arbitrio, humoribus vitiatis partes praeter naturam debiles afficientibus, referri possunt*.

Ea quae nunc protuli nimium doctrinae de humorum acrimonia olim habitae favere fortasse videantur; sed, quamvis, quum fere omnes morbos lethales ex humorum putredine deduxerit, FRED. HOFFMANN † longe erravit, tamen in vitanda Charybdi, periculum semper est ni in Scyllam incidamus; et mihi quidem videtur medicos hodie pathologiam *humoralem* dictam nimium vituperare ‡, et quasi inane majorum nostrorum figmentum designare; quo fit, ut gravia quae evolvit praecepta ex toto spernant. In scientia medica vero, ut in omnibus aliis est, summorum virorum placitis semper obsequendum est, et veritas auctoritati ubique concedenda!

* “ Fluids,” inquit Bostock, (*Physiology*, i. 20.) “ constitute the medium through which most operations are effected which are essential to life.” Hanc ob causam, fluidis vitiatis, morbus magna cum celeritate propagatur.

† “ Fr. Hoffmann docuit, fere omnes morbos inducta humorum putredine, factaque inde solidorum laesione varia, necare, et summum medici practici negotium in eo versari, humorum ad corruptionem proclivitatem, ut minuat, illamque arceat.” WEDEKIND, op. citat. p. 5.

‡ “ Cavere decet, ne dum unum errorem vitamus, in alium curramus vix minorem, et rem alicujus saltem momenti in re medica, &c. male negligamus.” Ita de hac re, Gregory, *Conspectus*, &c. DXXXI.

Angusti hujus dissertationis limites prohibent ne de *Sympathia* multa dicam. “ Consensus hujus
 “ nervorum uti voce, multo facilius quam rei ratio-
 “ nem reddere.”—“ Perquam multi auctores,” dixit
 WEDEKIND, “ fere omnia phaenomena ex consensu
 “ derivant. Non miror ; sympathia enim ad ideas
 “ obscuras pertinet !” Hoc ex toto confirmari vide-
 tur, verbis sequentibus cujusdam de sympathia auc-
 toris, quae intelligere nullo modo possum, viz. :
 “ In consequence of certain acrimonious matter be-
 “ ing applied to the nerves of the inner coat of the
 “ stomach and intestines, a sympathetic affinity takes
 “ place between that organ and the vascular system,
 “ whereby the action of the heart and arteries is ac-
 “ celerated *,” &c.

De hac re ad commentarium eximium a Doctore
 ALISON scriptum in *Trans. of Med. Chir. Soc. of
 Edin.* tom. ii. referre satis fuerit. In isto commen-
 tario aeque atque in praelectionibus suis Doctor ALI-
 SON optime monstravit, actiones sympatheticas ex
 nexu, sive in cursu sive apud origines, inter nervos
 partium quibus intercedit consensus, parum recte
 explicatas esse ; easdemque maxima ex parte a sen-

* Wilson, Practical Observations on Morbid Sympathies,
 p. 45.

sibus qui in mente nascuntur oriri. MAYO, quidem, haec dixit : “ It seems to be a principle universally
 “ observed in the construction of the nervous system,
 “ that nerves of motion rise near the origin of those
 “ sentient nerves through which the actions they
 “ controul are habitually guided, or called into
 “ play *.” Quamvis autem hoc nequaquam in omnibus exemplis verum sit, tamen MAYO quaedam exempla † citavit, in quibus motus orti sunt ex nervorum sensificorum irritatione, data simul opera ne quis in mente sensus intervenire posset. Quinetiam, Dr. ALISON ipse dicit : “ We have no means of judging
 “ whether it is, strictly speaking, from mental sensations that the different sympathetic phenomena
 “ proceed, or whether they are more properly the
 “ result of those physical changes in the nervous
 “ matter which immediately precede and cause the
 “ sensations ‡.” Dum scientia nostra, autem, in statu quo nunc est, manet, haud licet assignare “ effects
 “ so variable and occasional, to a cause so uniform
 “ and permanent, as nervous connections.” Sym-

* Outlines of Physiology, 2d edit. p. 393.

† Ut supra, pp. 343 et 394.

‡ Transactions of the Medico-Chirurgical Society of Edinburgh, vol. ii.

pathiae *sensitivae* autem, a nexu inter nervos, plerumque pendent *.

Alia res nunc notanda est, quam adhuc nimis neglexerunt Physiologi, ille, scilicet, propriae existentiæ sensus, qui præcipue abdomine inest.

Quantum *Caenesthesin* † quorundam auctorum Germanorum intelligo, ab hoc *individualitatis* sensu non longe distat. Ille generalis amoenitatis et oblectamenti sensus, qui corpori penitus sano, præcipue vere primoque mane, adest ‡; et ex altera parte, ille molestiæ universæ sensus, præcordiorum oppressio, animique demissio, quæ, plusve minusve, corpus, et præsertim abdomen male se habens, semper urgent; isti varii sensus, fines extremi solum esse videntur hujus sensus *individualitatis* generalis §.

* Actionem cordis in dyspepsia intermittentem, et mortem subitam ex ventriculo icto, ab “association of motions of stomach and heart,” pendere, perperam voluit Darwin.—*Zoon.* i. 420.

† Diss. Inaug. Med. quam Praeside J. C. Reil defendet C. F. Hubner. 8vo, Halle, 1794.

‡ “O! who can speak the vigorous joys of health,

“Unclogg’d the body, unobscured the mind, &c.

* * * * *

“Rampant with life, their joy all joy exceeds,

“Yet what but high-strung health this dancing pleasure

“breeds?” *Castle of Indolence.*

§ “Une espece de sentiment interieur, soit dans l’état de santé, soit dans l’état de maladie.”

Annon autem anatomia aliquid ostendit, quod docet cur hic sensus generalis maxime abdomini insit? Ita credo equidem, eundemque ex nervo sympathetico ejusque gangliis proficisci, admodum verisimile mihi esse videtur.

Summa ignorantia quidem versamur qualia sint nervi sympathetici ejusve appendicium munera vera. Hanc autem generis nervosi partem summi momenti muneribus perfungi omnes agnoverunt Physiologi, et plures diversasque de istis muneribus sententias in lucem prodiderunt. WINSLOW, JOHNSTON, HALLER, SOEMMERING, BICHAT, REIL, WUTZER, BROUSSAIS, LOBSTEIN, SPURZHEIM, &c. quamvis non omnino de nervi sympathetici utilitatibus inter se consentiunt, tamen omnes credunt hunc nervum constituere genus proprium *, a genere cerebri plane discretum, et propriis suis dotibus praeditum. Ita genus gangliorum per longum tempus "Cerebrum Abdominale" recte vocatum fuit. REIL ganglia *isolatoribus electricis* comparat, eademque sequentes habere functio-

* Willisius, Vieussenius, Monroius (2d,) Zinnius, Blumenbach, Scarpa, Wilson Philip, Le Gallois, &c. dicunt, ex altera parte, nervum sympatheticum solum appendicem esse generis nervosi cerebri, dum Meckelius et Antenrieth in medio quasi inter has duas sententias eunt. Magendie, contra, sympatheticum esse nervum ex toto dubitat!

nes dicit, viz. “ 1^o. Ut animi imperium in organa in-
“ terna atque ad vitam vegetativam pertinentia in-
“ fringat ; 2^o. Ut pathemata, seu impressiones inter-
“ nae, quas processus vitalis perpetue in organis nu-
“ tritioni praefixis evolvit, intra suam atque pro-
“ priam sphaeram cohibeantur, nec ad cerebrum
“ transmittantur : quo fit ut nulla in animo excite-
“ tur idea mutationum quae in internis viscerum la-
“ tebris fiunt *.” Huic REILII sententiae fere om-
nino accedo, quamvis fortasse illam aliter exprime-
rem, et ita dicerem : Vim quamdam, semper pro sta-
tu viscerum, &c. variantem, per nervos ad ganglia
transmitti, atque ita conditionem cerebri abdomina-
lis conditionem organorum, &c. semper respicere ; in-
super per nexum inter genus cerebrale et ganglioni-
cum, *sensum corporis generalem* pendere a cerebri ab-
dominalis conditione. Exempli gratia, muneribus vis-
cerum recte peractis, conditio gangliorum sana erit,
et sensum gratum universo corpori praebebit ; dum,
e contrario, visceribus abdominis male se habentibus,
impetus morbosus per nervos ad ganglia transmittetur,
et corporis molestia, animi sollicitudo, gravitas
praecordiorum, hominem prement. Animi demissio,
morborum gastricorum tam fidus comes, fortasse
recte relata est “ to the consent of the abdominal

* Vid. Lobstein, De Nerv. Sympathet. &c. p. 79.

“ brain with the cranial organ or proper brain *.”
 Nonnunquam etiam ex sensibus in visceribus ipsis nascentibus, hanc mentis perturbationem oriri verisimile est.

Auctores autem qui sextum sensum, sub nomine Caenesthesia, existere volunt, eundem ab omnibus corporis nervis, sensuum externorum exceptis, pendere credunt. Hic vero sensus generalis, quamvis a musculorum conditione partim pendere potest, praecipue tamen a sensibus internis qui abdomini referuntur, manifeste pendet. Ad hunc sensum autem nervos sensificos non conferre, ex hoc constat, quod membrana mucosa a cardia usque ad rectum extensa (ea pars omnino cui epithelion deest,) nervis sensificis non instruitur. Cibum quidem in pharynge et per descensum ejus in oesophago sentimus ; quanto vero ad cardiam propius accedit, tanto debilior evadit sensus qui cibo excitatur ; et cum jam in ventriculum de-

* Doctor Clutterbuck, *Lancet*, vol. xii. p. 740.

“ J’ai trouvé,” inquit Bichat, “ ce même ganglion, (semi-lunaire,) du volume d’une petite noix, avec un léger noyau cartilagineux, &c. sur le cadavre d’un homme amené à l’Hotel Dieu pour une manie périodique.” *Anat. Gener.* i. 377.

Lobstein ganglia semi-lunaria vidit “ coloris intense rubri,” in foemina quadam quae hypochondriasi et “ delirio chronico per sat longum tempus” laboravisset, et cujus “ causam organicam in encephalo non detegere potuit.”

De Nerv. Sympathet. &c. p. 148, &c.

scendit, non diutius percipitur *. Minime igitur intelligo quid sibi voluerit BICHAT, ubi haec dixit, “ Les membranes muqueuses sont la siége d’un tact interne, analogue en tout au tact extérieur de la peau †.” Neque magis intelligere possum quomodo tam longe a via recta sibi solita erraverit HALLERUS, ut diceret : “ Pour les membranes internes de l’estomac, des intestines, &c. comme elles ne sont que des continuations de la peau, on sent qu’elles doivent avoir la même sensibilité ‡.” Quoties autem de *sensibilitate* alicujus partis loquimur, dicere volumus, ea parte tacta, sensum quemdam in mente excitari. At, sano corpore, nullum per cibum in ventriculo aut per stercus in intestino crasso sensum distinctum in mente excitari, certum est. Hujus rei ratio satis evidens est, quum membrana mucosa harum partium nervos suos a nervo sympathetico accipiat, quem sensibilitatem non impertire experimenta ipso BICHAT §, WUTZER ||, et LOBSTEIN ¶,

* “ To feel we have a stomach at all, is no good sign.”

JOHNSON, *Morbid Sensibility, &c.*

† Recherches sur la Vie et la Mort, p. 57.

‡ Sur la Nature Sensible et Irritable des Parties du Corps Animal, p. 37.

§ Anatom. General. tom. i. pp. 379 et 394.

|| De Corp. Human. Ganglior. Fabric. atq. Usu.

¶ De Nerv. Sympath. Human. Fabric. Usu et Morb. p. 95.

facta clare monstraverunt. Et sane, si munus proprium ullo modo ex structura peculiari oritur, maxime verisimile esse videtur nervum sympatheticum utilitatibus inservire sibi propriis, et a reliqui generis nervosi ex toto diversis; et quamvis fortasse ineptum esset conari rationem reddere neurilematis reticulati (exempli gratia) quo gaudet solus iste nervus, pro certo tamen haberi licet hanc proprietatem, veluti alias, ad aliquam causam ultimam spectare.

Quoniam vero filamenta a nervo sympathetico ad omnes corporis partes emittuntur, non absimile esse videtur credere, non abdominis solum, sed totius corporis sensum ad cerebrum abdominale quodammodo transmitti.

Neque quidem haec conjectura aliena est ab opinione nuper prolata, quae huic nervo munus irritabilitatis per totum corpus distribuendae tribuit. Utrum ista opinio vera sit necne, hic agitare non licet. Illud solum quod ei sententiae favere videtur, in memoriam revocabo, viz. musculos involtos, qui praecipue ex gangliis nervos suos accipiunt, irritabilitatem suam quoque per longum tempus, maxima ex parte, conservare*.

* Secundum Nysten quidem, (Nouv. Experiences,) gula solum et auriculae cordis irritabilitatem suam retinent quum muscoli voluntarii non diutius sub stimulo contrahuntur.

Haec sententia, autem, eorum quae supra dixi veritatem nequaquam afficere potest ; siquidem non dixi *sensationem* per hunc nervum transmitti. Solum mihi in animo fuit dicere, conditionem gangliorum ad finium nervorum suorum conditionem respondere ; et notitiam conditionis gangliorum (sive cerebri abdominalis) ad sensorium per nervos sensorios ganglia ineuntes a medulla spinali et pari vago, transmitti.

Adhuc de abdomine toto locutus sum ; at “ sensus corporis generalis” ad *epigastrium* praecipue refertur. Ejus ratio fortasse ex gangliorum semilunarium plexusque solaris * qui ventriculo proxime subjacent, situ, partim deduci potest. Massae istae nervosae, ex situ magnitudineque suis, generis ganglionici centrum vocari recte possunt. “ Unus vero (plexuum) prae reliquis eminent, qui in parte remota epigastrii positus, gangliis instructus, ad viscera abdominalia ramos emittens, plexus format secundarios, et tanquam centrum quoddam vel *cerebrum abdominale* diu a Physiologis habitus est †.”

* “ On ne peut nier certainement que le plexus solaire ne joue un grand rôle dans les diverses sensations que nous éprouvons à l'épigastre.” BICHAT, *Anat. Gen.* i. 395.

† Lobstein, *op. citat.* p. 80.

Ratio, quoque, ex hoc partim constare videtur, quod ventriculus plures accipit ramos a pari vago, et quod in ventriculum solum ex omnibus abdominis visceribus iste nervus distribui *videtur*. Praeterea, par vagum terminari videtur in plexu solari, &c. ibi ubi genus nervosum cerebrale et abdominale inter se coëunt. Per hunc nervum igitur sensorium de conditione cerebri abdominalis certius fieri verisimile est*.

Quinetiam choream, hysteriam, hypochondriasin, aliosque ejusdem generis morbos, affectioni generis nervosi abdominalis morbosae, consensuique inter hoc et genus cerebrale intercedenti, referre jure licet. Mens in his omnibus afficitur. In chorea, *intellectus* facultates; in hypochondriasi, proprietates *morales* maxime patiuntur; dum in hysteria, quamvis nil perpetuum est, tamen sensus *animales*, maxima ex parte, imprimis afficiuntur. Fortasse non bene explicari potest quapropter res ita se habeant.

Alienum fortasse ab argumento nostro videri potest, tamen cohibere me nequeo quin opiniones in-

* Hunc nexum inter vitae animalis et organicae genera summi momenti esse putat Lobstein, si ex his illius verbis judicare licet, (de paris vagi origine.) “Punctum cerebri illustre, summae nobilitatis, usus maximi, ubi revera nodus existit qui vitam vegetativam cum animali vincit!” Op. citat.

eptas atque contrarias quibus adhuc insistit hypochondriasi medendi ratio vituperem. “ Their complaints,” inquit JOHNSON *, “ are considered imaginary and pass unpitied, and the unhappy victim of a real physical malady which preys on his vitals, is thus set down as a hypochondriac, and so bantered and ridiculed by his friends, that the world is to him a purgatory from which he has little regret in parting.”—“ Quidam dolores hypochondriacorum risu potius quam misericordia accipiunt, tanquam quos ipsi sibi fingunt sine ratione. Verum in hac re longe errant. Neque enim dubitare licet, quin hujus aegrotationis perinde ac alterius cujuslibet verae causae subsint †.” Melius quidem existimationi suae nuper consuluerunt medici, plus curae studiique in morbis mentis excolendis consumendo.

Quali modo, aut cur ullo modo, animi affectus genus ganglionicum afficiant, dicere non possumus; neque quidem quamobrem mentis phaenomena per genus nervosum omnino se manifestent. Animi affectus vero in genus ganglionicum praepotentem et propriam exercere potestatem, liquido patet. De

* Morbid Sensibility of Stomach, &c. p. 88.

† Heberden, Commentarii de Morbis, &c. p. 205.

hac re autem illud solum dicere licet, quod, uti animi affectus ex impressionibus in sensorium per sensus exteriores factis oriuntur, ita sensus quos apud epigastrium, animo vehementer perturbato, experire solemus, ex mutatione aliqua in gangliis impressionem in sensorium sequente, pendere verisimile est. Parum refert quomodo hujus mutationis ratio exprimitur dum eadem ex verbis significatio ducitur; licet igitur dicere hanc mutationem aut ex consensu inter cerebrum proprium et cerebrum abdominale, aut ex vi aliqua a cerebro per nervos ad ganglia transmissa proficisci.

Si igitur pro concesso habemus genus ganglionicum per totum corpus irritabilitatem distribuere, (vel potius musculorum irritabilitatem hoc genere *gubernari*, nam irritabilitatem a genere nervoso omnino pendere minime fas est affirmare,) nexus qui inter illud genus et animi affectus intercedit, ex vi musculorum, animo vehementer turbato, mutata, optime patet. Plures animi affectus, quales sunt gaudium, furor, &c. validissimam ad motum musculorum proclivitatem secum afferunt, quae saltando, saliendo, aliisque gesticulationibus abnormibus se ostendit. Alii quidam animi affectus, quales sunt moestitia, pavor vehemens, &c. effectus gignunt ex toto ab illis diversos; homoque periculum quod imminet evadere saepe non potest.

Insuper gaudio immodico interdum eodem modo corpus afficitur. Tradita sunt exempla hominum qui bonum nuncium inopinato audientes morti protinus succubuerunt. Ita electricitas, et epigastrium valide ictum, eundem saepe funestum habent effectum. Haec omnia fortasse quandam in gangliis mutationem movent; et notatu dignissimum est musculorum irritabilitatem post hujus generis exitium* vel multo imminui, vel ex toto amitti.

Multae res quoque ad magnetismum animale pertinetes, quae nuper in lucem prolatae sunt, et quas protinus rejicere nefas est quoniam earum auctores omni fide digni sunt, nexum cujus ratio adhuc perobscura est inter cerebrum et massas nervosas quae epigastrium suppeditant, indicare videntur. Si quibusdam Germanis credimus, plexus solaris, &c. hominis somno magnetico obsopiti pluribus cerebri muneribus perfungi potest; atque, ut inquit CAR. BELL, “If we grant that this cineritious matter of the brain
“is an organ or organs of importance, then we may

* Idem post mortem ab abdominis inflammatione nonnunquam occurrit. “We are told by Dr Davy, that in some of the cases,” (ubi cholera mortem cito induxit,) “which he dissected in this region, (Ceylon,) there was a flaccidity of all the muscular parts, “as in animals killed by electricity, or hunted to death.” MASON GOOD, *Study of Medicine*, vol. i. p. 370.

“ also acknowledge, that the portions or masses of
 “ cineritious coloured matter, which we discover in
 “ remote parts of the nervous system, minister to
 “ some similar important office. The ganglia have
 “ all cineritious matter in their composition *.” Sed
 de hac re, satis sit cum Seneca dicere,

————— “ Venient annis
 “ Saecula seris, quibus —————
 “ Vincula rerum laxet. —————
 “ ————— Tiphysque novos
 “ Detegat orbés.”

Verisimile etiam esse videtur plurima exempla vexantia vomitus fere perpetui cum dolore epigastrii, quae per vitam medicinae auxilia spernunt, et quorum sedes medicorum oculos post mortem fugiunt, ex gangliis vel plexu coeliaco oriri. LOBSTEIN varia exempla narravit, in quibus ganglia semi-lunaria, cadaveribus sectis, vehementer inflammata reperta sunt, signaque ex hac conditione morbida, vel tetanus, vel convulsio clonica, vel vomitus gravis et insanabilis, fuerunt; quinetiam, quod notatu admodum dignum est, in quodam inflammationis longae exemplo, aegra per multos annos hypochondriaca fuerat. Dr. JOLLY commentarium de morbis, vel potius de signis, ex

* Anatomy, &c. vol. ii. p. 406.

structura nervi sympathetici laesa orientibus nuper scripsit, quibus nomen "Visceral Neuralgia" affigere proposuit.

Plurima signa abnormia ex ista causa procul dubio pendent. "It can hardly be doubted," dicit CLUTTERBUCK, "that many disordered feelings, and many
" of the derangements of the functions of the diffe-
" rent viscera, originate in a morbid state of this
" great nerve, and its appendages. There is no
" great difficulty in believing that many anomalous,
" and, at present, inexplicable maladies, may take
" their rise in this part. But our knowledge of the
" subject is extremely limited at present. It is in
" fact an extensive, and hitherto unexplored wild,
" that remains to be cultivated by future inquirers ;
" and it may be not unreasonably expected, that
" their labours in the field will be rewarded by an
" abundant harvest *."

Certissimum autem est, nervorum pathologiam, in hac saltem regione, maxime negligi, et in morborum sedibus causisque investigandis conditionem nervorum vel gangliorum perraro explorari. Donec vero res ita se habet, mirum nobis videre non debet, plurimos quotidie occurrere morbos quorum sedes et natura ex toto latescunt.

* Lectures, Lancet, vol. xii. p. 739.

Ex iis autem quae protulit LOBSTEIN de gangliorum inflammatione, illud fortasse deducere licet,—remedia antiphlogistica saepissime pro antispasmodicis, tonicis, &c. ad dolorem per longum tempus epigastrium afficientem, tollendum, adhiberi debere.

Nonne quoque effectus opii in abdominis inflammationibus medendis tam praestantes, a mente sopita aliqua ex parte pendent? Minime enim dubitari potest quin opium recte et tempestive adhibitum (post venaesectionem, &c.) remedium efficacissimum sit in plurimis ejusmodi exemplis. Dr. ALISON, qui hoc remedio per aliquot annos usus est, idem aut alvum adstringere, aut morbum revehere, ex toto negat; et certe in exemplis quae egomet vidi Doctore ALISON tractatis, opium minime ad tales effectus conducere visum est. Commoda autem inde percepta certe non, ut putat ARMSTRONG, ex evacuatione pendent; sed potius, ut credit ALISON, ex sustentatione virium vitae quae in istis inflammationibus cito collabuntur, quo fit ut aeger majores evacuationes sustinere possit. Dr. ABERCROMBIE etiam stimulantia in abdominis inflammatione adhibuit.

Notabile quoque est morituri sub abdominis inflammatione extremas partes aliquot horis ante mor-

tem plerumque frigescere, et post mortem calorem eis fere naturalem redire; quum plane e contrario saepissime res se habet morientibus sub comate. Pendetne reditus caloris, in priore exemplo, a viribus vitalibus quasi resilientibus, eo temporis articulo quo ab animi reactione evadunt? Nam abdominis inflammationem patientium mens, maxima ex parte, usque ad mortem sibi constat.

Antequam ad finem pervenero, iterum dicam, plurima symptomata quae vulgo ventriculo tribuuntur, magis recte, fortassis, gangliis epigastricis tribui; exempli gratia, mortem subitam ex epigastrio icto, quae vulgo ex consensu inter cor et ventriculum atque ita ex cordis actione illico finita, explicatur. Plerumque autem ab impulsu in ganglia facto, et ideo irritabilitate subito quasi exhausta, pendere videtur.

Pari modo, sensus epigastricos a ventriculo oriri in omnibus exemplis, plerique, at certe parum recte, arbitrantur. PLATO quidem "cupiditatem subter praecordia" locavit, at certum situm ei non assignavit. SHAKESPEAR quoque sensus a gangliis oriri indicare videtur, ibi ubi dicit:

"My bosom's lord sits lightly on its throne," &c.

Sollicitudo ex sanguine venoso in pulmone retento, ab istis sensibus ex toto diversa est.

Sin vero animi affectus in gangliis aliquas mutationes movent, quod vix dubium est, admodum verisimile est easdem mutationes, qualicunque modo effectas, materiae gangliorum nervosae, aliquos animi motus efficere posse. Qualis gangliorum mutationum quae sensus epigasticos gignunt, natura sit, dici non potest; easdem vero ex fluidorum qui per ganglia moventur mutata quantitate et qualitate, partim pendere verisimile videtur. Sanguis ruber, justa copia, ad munera reliqui generis nervosi proprie perficienda, plane necessarius est; quare videtur quodcunque respirationem aut promovet aut impedit, vel quodcunque sanguinis per ganglia motum praeter naturam aut adauget aut imminuit, idem sensum vel levitatis vel gravitatis apud praecordia gignere posse.


Gangliorum denique munera magis quam vulgo creditur gravia esse videntur. “Remarquons,” ait BICHAT *, “en finissant ce systeme, qu’il n’en est
“point qui mérite de fixer davantage l’attention des
“Physiologistes. Tous les autres offrent une serie
“de phénomènes déjà très-connus : dans celui-ci, à
“peine avons-nous quelques aperçus.”


* Anatom. Gener. tom. i. p. 395.

Nuper sane totum genus nervosum diligentissime excoluerunt medici, adeo ut minime dubitari possit quin notitia istius generis cito nobis maxime adaugeatur. Illud tempus beatum faxit Deus ut quam citissime adveniat ! Faxit ut (elegantissimi ullius gentis vel aevi Poëtae verbis ut utar) cognoscamus omnes quam sit ille

“ Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.”

FINIS.





4

